



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Ecclesia ex pluribus constat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

tinet, & in qua uera religio est, scilicet confessio & penitentia, quæ peccata, et uulnera delinquentiū salubriter curare potest &c. Hæc hæc tēnus inconcussa stetit propter constantiam fidei in Christum, unde non immeritò dicitur petra offensionis & scandali, quando ad eam quàm plurimi hæc tēnus collisi.

ECCLESIA EX PLURIBUS constat.

Constat autem Ecclesia, (in qua à bonis deus colitur 1. Thessal. 2. 1. Timothe. 3. Acto. 12. 1. Pet. 5. &c.) Vt latius discutimus deo annuente, ex pluribus, Barbaris puta: Græcis, Latinis, Hebræis, pueris, senibus, dominis, seruis, masculis, foeminis, non genus, non conditio aditum regni caelorum obstruit.

Breuitè, tenetur quilibet Christianus firmiter credere, VNAM esse in terris VNIVERSALEM ECCLESIAM VISIBILEM, ut paulò post dicitur, in fide & moribus errare non ualentem: Cui omnes fideles, in ijs quæ sunt fidei, & morum, obedire adstringuntur.

VNA ECCLESIA.

EST autem VNA ECCLESIA cum illa ueteri Ecclesia Christi, (utranq; connectit lapis angularis) habēs immobile ac solidum